



391.

**EPISTOLA LVGVBRIS**  
 SVPER MORTE  
 PERILLVSTRIS AC MVLTIS NOMINIBVS  
 LAVDANDAE  
 MATRONAE  
**CONSTANTIAE**  
**CONCORDIAE**  
**PERPETVAE**  
 E GENTE **DANCKELMANNIA**  
 AD  
**VIRVM**  
 SVMME REVERENDVM AC PERILLVSTREM  
**DN. IOANN. ADAMVM**  
 S. R. I.  
 LIBERVUM BARONEM AB **ENDE**  
 VETERIS IESNIZAE NEC NON IN TRINVM  
 ET SALZA DYNASTAM  
 POTENTISSIMI REGIS BORVSSIAE CONSILIARIVM REGIMINIS  
 DVCATVS MAGDEBVRGICI ET PRIMARIAE ECCLESIAE HALBER-  
 STADIENSIS CANONICVM DIGNISSI-  
 MVM  
**CONIVGEM BEATISSIMAE MATRONAE**  
 QVONDAM DILECTISSIMVM  
 VT POSTREMOS  
 PIIS MANIBVS HONORES PERSOLVERET  
**VIDVVVM QVE PERILLVSTREM**  
 ALIQUO ERIGERET SOLATIO  
 SCRIPTA  
**SIMONE PETRO GAASSERO ICTO.**  
 HALAE MAGDEBVRGICAE  
 Typis CHRISTIANI HENCKELII Acad. Typogr.

† † †



On simplex hominum calamitas. Misera est humana-  
narum rerum conditio. Aduersa semper secun-  
dis sunt admixta, neque se permettit fortunatis  
qui naturam dedicit; lento gradu itur ad ho-  
nores & cum fastigium te artigissimamente  
demque CONCORDIAE lapsus rursus &  
ruinæ instant; Nam in lubrico pedem figere velle dubii moliminis  
res est; Ab inuite state viciis studiibus rerum obnoxii sunt mortales  
& casus vitam comitantur hominis, sicuti umbra corpus; leti non  
semper sunt dies, notandumque candidissimo calculeo, sed & atro lapillo.  
Sub ipso quandoque fudo imminet capiti nostrae procella fulmine &  
fulgure terribilis; Praterea fuos quisque patimur manes, nimur  
prout vel auri facra fames, vel glorie vano cupido, vel turpis volu-  
ptatum appetitus incessanter hominem, eumque angunt ac torquent,  
& ergo si vel nihil sit, quod extra pungat aut vrgeat, tamen & in vi-  
sceribus nostris anguis latet, malum illud originale prauis affectus, qui-  
bus ceu certissima hereditate dotati, languine ac lacte parentum im-  
buti ac innutriti sumus, & cum quibus subeuntibus annis indies con-  
flictare habet vexata virtus. Deinde in vniuerso hoc nihil est, quod  
duret, quod perficit, quod perenne sit; Quicquid oculis vñspare.  
datum, vel breui peribit, vel faltem peritum est olim. Quicquid  
pro miraculo habuit cana & perennitatis fama studioſa antiquitas,  
partim eterna obliuione sepultum iacet, partim vero vix aliquals &  
subobscuraad poteros de eo deriuata est memoria. Sed quid mirum,  
quod haec, que hominem autorem habuere monumenta, etatem fer-  
re non potuerint, cum hanc ipsam mundi machinam, quacunque.  
patet ambitus, aliquando interitorum fore, ex diuina reuelatione scia-  
mus? solo seruato & excepto homine, qui ad meliorem vitam à sapi-  
entissimo conditore destinatus est, & qui hi instar viatoris duxat  
se habet, vt veniat, videat & vienat, vt tanquam in diuersorio  
hic diuertat, patriam vero expectaturus in ciuitate Dei, vt vide-  
at & adspiciat celum & sordeat terra, vt vincat vita & probra,  
verbo, vt vincat se ipsum & omne id quod vanitatis nomine venit,  
tali enim ratione vita hac peracta fieri non potest, quin grata respon-  
deat catastrophæ. Haec dum animo voluo. Vir Per-Illustris ac Re-  
uerendissime, ægre mentem meam subit, tristis ac funefus ille ca-  
sus, quem haudita pridem ex inopinata dulcissime Coniugis morte sen-  
sisti, & de qua tibi quotidie augescit magis ægritudo, fateor certe,  
Virum haec fata requirere, cum tantam cladem in illudrem tuam Famili-  
am importem, coquæ maiorem, quo iterat icts durius ferire solent;  
Bis enim huic ciuitati triste ac feral præbūisti spectaculum, dum bis  
mœstissimus Viduus exsisteris, sed hoc dolorum genus non tantum  
afficit corpus, quanquam & illud non plane doloris fit expers, sed po-  
tissimum animum excruciat & ad interiora cordis penetrat, quo, no-  
stro quidem iudicio vix acerbius quid dari potest. Attamen in eo,  
Vir Per-Illustris, omnino præclarum nautus es fortem quod tam fau-  
sto fidere bis inieris coniugium, geniale pariter ac concors & fortu-  
natum; Valeant variantes veterum animi, qui leui de causa pristinum  
connubium reliquenter, secundis nuptiis non poterant non præbere  
odium. Vnde prætermissa hac obseruatione vulgus quidem hominum  
in

AK

in ea hæret opinione quod iteratae nuptiae haud raro pessime cedant,  
sed hic abundet suo sensu. In te hoc longe aliter se habet, neque ali-  
ter fieri poterat, nam ex ea illustri Prosa, qua BEATAM tuam  
tibi quandam elegeras, & CONCORDIA tua in matrimonio non solum esset  
PERPETVA ac constans, sed & vt pristini coniugii confernare-  
tur memoria, vt obuerfaretur oculis tuis pristinæ forme imago, vt esset  
speculum oculorum tuorum, quod ferret referretque radios sinceri  
affectionis & imtemperie fidei, vt manerent eadem virtutum exempla in  
prole existente & exiftura olim, verbo, vt quod in vxore amiferas in  
altera tibi redderetur forore, neque in eo spes te fallere potuit, est  
enim gens illa DANCKELMANNIA, quod tamen absque  
adulatione dictum esto, ea, vt statim nobili educatione sua dignofca-  
tur ab aliis, cumque in hac Nostra, eximia ac generosa indoles acce-  
deret, non est mirum, quod illam Vidius potissimum vxorem du-  
cere volueris, quodque omnes illas animi atque corporis dotes in ea  
deprehenderis, quæ in hoc sexu laudari solent; Erat enim modesti  
Vultus & venustissima forma, oculis vero vividioribus ac gratiofis,  
ita vt statim, & reuerentiam & obsequium infinquarent ac tanrum non  
imperarent intuentibus eos. Sed hæc quantumvis commendent Sexum  
femininum in siue admirationem rapiente corda humana, tamen ca-  
duca sunt neque solidam Nostram laudem conciliare poterant, id vero  
quod & post mortem durat, erant immortales eius virtutes, quarum  
numerum si inire velle, in cassum sane laborarem, cum earum cu-  
mulus nostro encomio maior sit, hoc vero in compendio dixisse suffi-  
ciat, quod secundum effatum Apostoli fuerit, erga superiores decen-  
tireverentia, erga pares comis, erga inferiores ac gentes blanda ac be-  
neficia, erga omnes vero sincera ac humilis, ita vt videretur nefscire, se  
illustri stemmate natam esse; habebat quosdam pauperes, quos suos  
vocabat, qui per quandam feneftellam, nonfacile salutabant illibe-  
ram; fed quid iuvat leui adumbrare penicillo eam, Vir Per-  
Illustris, quæ in corde ac pectoro tuo viuis coloribus depi-  
cta viuit quanta quanta est; quamque in eo nulla vnguam  
delebit obliuio, saltene hoc doleamus in commune, quod hæc  
tot tantisque exquisitissimi dotibus predita Matriona, que exemplar  
morum ac virtutum, integre huic ciuitati Decusque suis esse poter-  
at, tam subito, & tam mature rebus humanis proh dolor! erepta fue-  
rit; Tu vero Vir Per-Illustris, riga genas, effunde lacrymas, ede  
lessum, ede planctus ac lamenta, nam digna est Nostra quæ deplore-  
tur, & tale monumentum optimæ Coniugi a fidissimo marito exstrui  
decet; aedes tua, tua regna, fatis commode tibi videbantur, quam-  
uis amplias possessiones larga Dei manus tibi tribuerit, dummodo vna  
tecum esset carissima tua vita confors, & adeo in eius amore totus  
eras, vt tantum non pro piaculo haberes, si vel paululum temporis ex  
afsidua eius confutudine detrahere debuisses, sed eheu! quan hæc  
tua domus, postquam cimelio suo orbata exifit, tibi nunc pro solitu-  
dine est, parietes vestitus lugubri apparent, tristi documenta, illos non  
esse amplius suauissimi feederis latè receptacula, in mendâ non est,  
que blanda ac coniugali sermone condit dapes, in thalamo pars alte-  
ra tui deficit, & si forte per somnum eius species tibi obiiciatur, en  
vmbra est, quam intra amplexus tuos tenes, siccine & cum quiescere  
cupis, non extra sensum es doloris; in re familiari non est, qua cum cu-  
ras domesticas communicare queas vti olim, paucis, quorū oculos  
ver-

38  
28

veritas, noua tristitia obiecta occurunt. Apud Romanos moris fuisse legitum, ut tumulum ejus, quem in vita impense amauerant, floribus ornauerint, vel circa illum eiusmodi plantauerint arbores, quæ semper virent, in signum memorie nunquam interituras.

Accipe non -  
Sed fragiles buxos & opacas palmitis umbras  
Quæque virent lacrymis roscida prata meis

hic quidem mos apud nos in vnu non est; Interim tamen viret hæc Nostra in corde tuo ac Per - Illustris parentis, viret in sobole reliæta, viret denum eius memoria apud omnes bonos; Ergo iam nihil restat, Vir Per - Illustris, quam ut acquiescas in Voluntate summi, quod omnia moderatur Numinis, & in primis si ad vite finem huius tuæ Dilectissima dirigas mentem, nam quo minus oculis ipse ex hac vita migrantem videre, fidaque ei lumina claudere potueris, dolor prohibebat, cum vna cum ipso mori malles, vitæque finem in hoc mœrore constitutis à Deo depositores, ipse ego vero telsis sui & vidi, quid sit beate mori, testes fuerunt verbi diuini antistites, quibuscum vsque dum vox ac sensus deficerent de fide ac coelestium gaudiis sermones habuit; Sane si quid somniis dandum non prætermitto illud quod breui ante obitum habebat: apparebant illi tres venerabiles antistites, qui indumenta ei detrahebant omniq[ue] vestimento denudatum reliquebant, inter quos videbatur sibi videlicet Franckium nostrum eumque mirum in modum venerari coepisse; euenerat hoc moribundæ, adstantib[us] enim viri tres summe reverendi, suauissimus SCHARDIVS, venerabilis HEIDENVS & FRANCKIVS noster, columba inter fæderotes Germania, ad cuius discessum semianimis semper exclamabat, heu quando sum reuixi canum illud carumque caput. Atque ita hæc Nostra in seruatore suo decepsit, beatissimamque animam exhalauit. DEVS vero Ter optimus Maximus, qui suos in hoc mundo per varijs casus iactari finit, eo fine, ut dum viuunt mori discant, Tibi Vir Per - Illustris ex affluentia gratia suæ afferat medelam ac solatium, id quod ex animo foueo ac precor. Vale, Tum denum tibi placebis, quando CONSTANTIAE tuæ memor eris.

## EPITAPHIVM.

STA. VIATOR.


ENDIA. HIC. IACET.

HOC. TECVM. REPVTA. ET. VALLE.

MORTVIS. TOT. PROBIS. BONISVE.

CHRISTIANISMVM. NOSTRVM. CORRIPIET.

MAGNVS. SOPOR.



78 M 353

ULB Halle  
001 564 773

3



TA-70L



EPISTOLA LVGVBRIS  
SVPER MORTE  
PERILLVSTRIS AC MVLTIS NOMINIBVS  
LAVDANDAE  
MATRONAE  
CONSTANTIAE  
CORDIAE  
PETVAE  
HENCKELMANNIA  
AD  
VIRVM  
NDVM AC PERILLVSTREM  
NN. ADAMVM  
S. R. I.  
RONEM AB ENDE  
IZAE NEC NON IN TRINVM  
ALZA DYNASTAM  
ORVSSIAE CONSILIARIVM REGIMINIS  
GICI ET PRIMARIAE ECCLESIAE HALBER-  
IS CANONICVM DIGNISSI-  
MVVM  
ATISSIMAE MATRONAE  
DAM DILECTISSIMVM  
VT POSTREMOS  
S HONORES PERSOLVERET  
VE PERILLVSTREM  
ERIGERET SOLATIO  
SCRIPTA  
ETRO GASSERO ICTO.  
HALAE MAGDEBURGICAE

Typis CHRISTIANI HENCKELII Acad. Typogr.

